

cum specie, sub quâ continetur, communem habet, absolvunt. Jam verò omnes unanimiter consentiunt in eo, quod præsens quæstio sit de principio Individuationis. Unde etiam de alio, quàm de Individuo, formaliter considerato sermo esse non potest. Nam individuationis, est abstractio Individui formaliter spectati. Eo ipso itaque, dum quæstio de principio Individuationis movetur, simul innuitur, non quæri de essentiâ individui aliter, quàm formaliter, seu quatenus individuum est, considerati.

§. 4. Scholastici ferè omnes per vocem Individuationis potissimum duo intelligunt (1.) *differentiam numericam individuum*, sive hoc, quod unumquodque individuum sit aliquid ab omnibus aliis individuis numero distinctum (2.) *negationem & posse predicari de pluribus*. In præsentis quæstione ferè omnes per vocem istam intelligunt prius, nempe differentiam numericam. Hinc Syarez *disp. Metaphys. V. §. 111. n. 2. ita,*  
for-